

67. *Bürgermeister und Rat zu Zwickau beurkunden den Verkauf einer Leibrente an Christina Obul, Nonne in Frankenhausen, die nach ihrem Tod zu gleichen Teilen an die Marien- und die Katharinenkirche in Zwickau fallen soll.*

1328 Oktober 24

Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx¹ 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 8v (14. Jh.) (B); Rubrum: Privilegium sancte Marie super unius fertonis census agitur. — Edition: Herzog, Chronik II, S. 876 f., Nr. 12.

Nos Johannes Monetarius magister consulum in Zwickouwe, Cunradus Egerer, Albertus Lasani, Theodericus gener relicte^{a)} Monetarius, Johannes cum Matre, Cunradus dictus Gruz, Heinricus dictus Ribestein, Hermannus de Lichtenstein, Johannes dictus Kurtzewel, Heinricus dictus Grahe et Cunradus Lobil iurati seu consules ibidem publice protestamur possessionem cuiusdam annui census scilicet fertonis in Petzoldi Franconis quartali agrorum prope villam Mariental siti ad tempora vite domine Christine Obuli, filie sanctimoniali in Vrankenhusen, comparati et donati ipsiusque post discessum sancte Marie et Katherine virginis beatarum ecclesiis in Zwickouwe in equa parte perpetue assignati et appropriati discretis viris Johannes dictus Institor nec non Nycolaus Crozzenero ecclesiarum dictarum procuratoribus, dominum Wernherum in Lidelo plebanum, ne per aliquem aliquid sinistri intercurreret, dedisse corporalem eo pacto, quod dicti procuratores fatum censum in Walpurgis festo predictae domine singulis annis, quoad vixerit, persolvant inpertractim^{b)} et complete domino Hugoni et dicto domino Wernhero, fratribus, nec non in Zchapis et in Lidelo plebanis, potestate inpignoracionis pro memorato censu, si secus fieret, quemadmodum ut prius agris in eisdem reservata. In cuius rei testimonium dominis ac domine preexpressis presentes contulimus. Anno domini M^oCCC^oXX^oVIII^o, in vigilia Crispini et Crispiani martyrum, sub sigillo civium in Zwickouwe legitime roboratas.

a) relce (B) b) (B)

68. *Bürgermeister und Rat zu Zwickau beurkunden den Verkauf einer Leibrente aus dem Vermögen der Katharinenkirche zu Zwickau zur Wiederherstellung des Kirchturmes an den Pfarrer Ludwig zu Ortmannsdorf.*

1329 Mai 28

Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx¹ 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 11v^(Sp. 1-2) (14. Jh.) (B); die verlorene Ausfertigung früher in der Ratsschulbibliothek Zwickau (Cod. Ms. VII 1). — Edition: Weller, Altes aus allen Theilen der Geschichte II, S. 594–596. — Anm.: Vgl. Nr. 66.

In nomine domini amen. Quoniam omnia, que sub statu corruptibilium sunt, more fluentis aque decedunt, decrevit igitur sapientum virorum sagacitas, ut gesta hominum perpetuari^{a)} debeant litteris notabilibus et sigillis. Nos igitur Johannes dictus Monetarii